

dare. Unde amic, amici meus amicus nō statim est *Gl. in d. l. 14. lit. p. ad v. debet.* Socius focii meus focius non est *l. 19. 20. pro soc. l. 47. §. 1. de R. J.* neq; libertus liberti mei meus libertus est *l. 105. de V. S.* si ego tibi mandavero tu alii, non videtur meo jussu factum per *l. 6. D. quod vi aut clam.* Neq; coloni mei aut inquilini colonus inquilinusvè, meus colonus aut inquilinus est, quod & velle videtur tametsi subobscurè, *l. 20. D. de vi & vi armata. nisi dicas d. l. fin. sc. 20. ff. unde vi* hoc velle, quod propter dejectionē etiam secundi inquilini vel secundi Coloni domino detur interdictū unde vi, maximè jūctā *l. 30. §. fin. ff. de acquir. poss.* Et hæc de actibus. Relationes similiter sunt vel indeterminatæ, vel determinatæ seu quantitatem continent. In his non procedit catena hæc, seu Sorites, v. g. duplum dupli non est duplum simpli, sed quadruplum. Quo pertinet in relatione situs quantitas distantia, seu gradus v. g. proximus proximo non est proximus primo, & pater patris non est pater filii, sed avus; & avus avi non est avus nepotis, sed abavus. Quia termini: Proximus, pater, avus, indistantiam vel distantia quantitatē continent. Si verò loco patris, avi, filii sumamus terminum indeterminatum parentis & liberorum (quia & avus est parens, & nepotes sunt liberi) procedit: parens parentis est parens liberorum: Similiter si loco proximi & primi dicamus prior & posterior, emerget verissimum hoc: posterior posteriore est posterior priore, vel contra: *Prior priore est prior posteriore, scilicet in eadem serie.* Sic accepta regula est illimitabilis, & contrarium implicat contradictionem.

X X I I.

Doctorum verò ingenium miratus sum, qui axioma hoc: quod sic enunciant: *Si vinco vincentem Te &c.* quoties favet adorant; quoties adversum est, elevant; nec minus cum dotem cæteris præferri debere argumentantur, hac re-

C 2

gula